perpetrandum paratissimi, quod tñ fortes sint concessisse me
tibi n' probasse memento. Quamquam .n. fortes fuerint Ca=
roli Quinti, Valentiniani, Davides, tres aut quatuor gutta
n' ming aequor efficiunt, quam tres Imperatores rufos laudent:
Ego verò dotis tibi Provincias in laude invictissimo, atqs
fortissimo nigrorum Nationis adducam, quos du viros, nulli
(ut dixi:) in Asia nisi nigri, in Africa nulli praeter ni=
gros, pauci in Palaestina, qui nigri n' sint, et adhuc quaeris
testimonia, et adhuc argumenta expostulas? nescis nigris
illis Imperatoribq Romanis ita odio fuisse rufos, ut ne
canem quidem habere voluerint rubrum, huiusmodi enim in Am=
barnalibq trucidabant. Verumenim verò cavete diligentissimè
ne decipiamini ab adversario Aud: ornat: pulchra fuerunt
illius verba, nescio utrum satis vera, nihil enim agit, si illu
sionibq certandum credit, excutiamq enim quibq nitatq auctorita
tibq: Theatrum inquit, illud divinum volumen: divinum volu=
men? egregiè: Haereticq composuit, exclamare libet ò Hominem
pientissimum, ne rufos vituperet Haeretici volumina divina vo:
cat. Sed Pirrhos ruber fuit, qui Alexandrum Magnum praefe=
rebat, et nimirum quia foemino manu occubuit, quia a Mar=
rio saepe ex Italia pulsq è, quia saepius Romanos fugit
quàm viderit, sed ista oblitq è Adversarius, quia de rubris fuit,
si enim de nigris res fuisset in illas hyemales exclamationes
erupisset prô Deos Immortales. o Scelq, et ceteras exclama:
tiones, res .n. grandis è de barbis ut invocanda sit hoim
Superûmqs fides. Jam verò Aud: Humaniss: interrogo
quàm familiarissimè quid vobis visum è, quando Carolus
Quintus

License: CC-BY-NC – Zürich, Zentralbibliothek, Ms. D 147, f. f.%20162v – Collection of oratory practice pieces in Latin by novices at the monastery of St. Gall, 1660 (http://www.e-codices.ch/en/zbz/D0147/f.%20162v)